453 ob

Kamienski et subditi eius Emissio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Adam filius Joannis Lubomiecky de Lubomierz Kurog- no his sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognovit Quia Laboriosum Valentinum Gasdewoiny subditum Nobilis Valentini Kamienskij de vulneribus sibi per ipsum illatis coram actis Castren. Kurzen. insinuatis tum et ipsarum dominum eius de causa et actione ad iudicia Castrensalia Branscen. ratione administrationis iustitiae de eodem sub- dito instituta ob praestitam sufficientem satisfactionem quietat, emittit et liberos facit tam dominum quam subditum, ob ductionem vulnerum suorum et processum totum causae huius cum eius effectu cassat et annihilat perpe- tuis temporibus silentium sibi et suis successoribus ratione commissionum per- petuo imponendo. Personali sua recognitione in commissis mediante.

Pulaski subditus Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Andreas olim Joannis Kostro de Kostry his sanus men- te et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Gregorio olim Joannis Pulaskij de Pulaskie Swierze Ruda et eius posteris subditam suam propriam Laboriosam Hedwigim Wroblowna relictam olim Laboriosi Mathiae Godat cum pueris dicto Andrea, Nicolao, Mattheo filijs olim eiusdem Mathiae Godat nec non Anna Hedwigi filiabus olim eiusdem Godat et tota substantia ac supellectili domestica universa perpetuo et in aevum dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit. Ipseque dictus exnunc officio acceptandam admittit. Submittitque se ac de bonis generaliter omnibus cum suis posteris inscribit memoratum donatarium et eius successores ab omnibus personis tueri defendere. Et coram officio praesenti Castrensi Branscensi in primo citationis termino peremptoria responsione ac satisfa- ctione omnibus in universum iuris remedijs se vi abscribendo. Sub damnis totius.

Smursko Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparentes No- bilis Stanislaus olim Georgij Smursko sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Adamo olim Joannis Smursko et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in hereditate Smursky consistens unum sul- cum iarij incipientem a pariete usque ad Smug Wielgi tendens inter metas eiusd. donatarij et Jacobi Ptonowskij iacens item in alio loco eodem campo qua- tuor sulcos incipiens a pariete usque ad graniciem Plonowska tendens inter metas ex una ut supra et Koc ex altera parte iacens. Cum prato et omnibus in ge- nere ac singulis in specie utilitatibus fructibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis. Perpetuo et in aevum dedit donavit inscripsit et irrevocabili- ter resignavit. Ipsumque dictus exnunc realem cum pacifica possessione per ministerium et Nobiles duos officio acceptandam dat et admittit. Pacem quoque tuitionem evictio- nem omnimodam occasione commissionis ab omnibus impedimentis evindico et ev-

evindico